

Hn  
6504

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
PRINCIPIS  
STANISLAI AVGVSTI  
REGIS POLONIARVM  
IMAGO



LIPSIAE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA  
MDCLXIV

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEKE  
HALLE (SAALE)

SCOTTISH AND FRENCH POLYGRAPHY

SCOTTISH POLYGRAPHY

STANISLAI VAGASCI

SCOTTISH POLYGRAPHY

LAWES

SCOTTISH POLYGRAPHY

SCOTTISH POLYGRAPHY

SCOTTISH POLYGRAPHY

SCOTTISH POLYGRAPHY





**R**ex noster ille, STANISLAVS AVGUSTVS,  
formae veneratione, ingeniique virtutibus,  
inter maximos huius, atque superioris  
omnis aetatis Reges, effulget. Namque est toto  
corpore pulcher, ac maximè decens. Iusta ei statura.  
Color candidus, in genis grato rubore suffusus. Nasus  
aquilinus. Nigri capilli. Nigrique oculi, qui intuent  
ium omnium animos ei devinciunt. Magna, in omni  
eius gestu, gravitas atque maiestas. Animo, super hu  
manam naturam, erectus. Voluptatum contemtor.  
Gloriae tantummodò avidus. Publicaeque salutis cu  
pidus. Legum omnium patriarcharum, ac domesticorum  
institutorum, assiduo ufu exercitus. Exterarum etiam  
rerum scientissimus. Cogitatione celer. Ac scriptione  
velox. Facundia, Magno illo Alexandro, Macedonum  
Rege, Iulioque Caesare, primo Romanorum Imperato  
re, potentior. Sermone vernaculo comitissimus. Ac  
nobili quaque exotica lingua tam aptè concinnèque lo  
quens, ut Gallus et Italus, itemque Anglus et Germanus,  
Rutenusque civem suum haud difficulter agno  
scant. Latinis litteris doctissimè eruditus. Liberalium  
que omnium disciplinarum studiis tam abundè instru  
ctus, ut bonae omnes artes, ipso uno complexae, esse  
videantur. Liberum omne otium, iucundae eorum con

JK II n 6504 X 363 0380

cedens confuetudini et familiaritati, qui praeclari facinoris, aut doctrinae virtutisque famam adepti sunt. Ingentia iis munera, exquisitosque honores impertiens. Militiae gnarissimus. Ac bellicorum virorum amantissimus. Cibi potusque modicus. Vimi parcissimus. Laboris natura patiens. Et ubi res vigiliam exigat, sanè exsommnis. Summè providus, nec minùs cautus in agendis rebus, quam strenuus, et fortis. Inque periculis imperterritus. Invidiam nequaquam ulciscens. Comiter eos appellans, qui laetere. Isque benignè faciens. Iustitiae tenacissimus. Vitae integer et castus. Veritatis adeo diligens, ut ne loco quidem mentiatur. Orthodoxæ religionis obseruantissimus. Ecclesiastico Ordini benevolentissimus. Nobilitati omnium deditissimus. Eique tuendae, atque ornandæ, omnem impendens curam suam. Populi etiam desideriis, et singularum imprimis civitatum precibus, ultrò occurrentis. Summitisque et infimis audiendis, ac iuvandis adeò obvius, ut demerenda universæ Genti suae, genitum eum omnes existimemus.



AUCTORE

IO. DAN. ANDR. IANOSKI

CAN. CATH. KIOV. BIBL. ZAL. PRAEF.

Hn  
6504

F.K.  
119  
12.

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
PRINCIPIS  
STANISLAI AVGVSTI  
REGIS POLONIARVM  
IMAGO



LIPSIAE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA

